Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

nouit dauid quod confirmas-
set eum dominus regem super israel
et quod exaltasset eius reg-
num super populum suum israel. Accepit
ergo dauid adhuc concubi-
nas et uxores de ierusalem. Post
quam venerat ad hebron. Nati
que sunt dauid et alii filii et
filie. Et hec nomina eorum qui
nati sunt ei in ierusalem. Samua
et sobab. et nathan. et sa-
lomon. et ibaar. et helisua.
et nepheg. et iafia. et heli-
sama. et helida. et helife-
leth. Audierunt autem philisti-
im quod unxisset dauid re-
gem israel. et ascenderunt uni-
uersi ut quererent dauid. Quod
cum audisset descendit in pre-
sidium. Philistiim autem venien-
tes diffusi sunt in valle rap-
haim. et consuluit dauid di-
cens. Si ascendam ad philistiim
Et si dabis eos in manu mea.
Et dixit dominus ad dauid. As-
cende quia tradens tradam phi-
listiim in manu tua. Venit
ergo dauid in baalphara-
sim. et percussit eos ibi. et
dixit. Diuisit dominus inimicos
meos coram me. sicut diui-
duntur aque. Propterea voca-
tum est nomen loci illius baal
pharasim. quia percussit eos
ibi. Et reliquerunt ibi sculpti-
lia sua. que tulit dauid et
viri eius. Et addiderunt ad-
huc philistiim ut ascenderent.
et diffusi sunt in valle raph-
aim. Consuluit autem dauid
dominum. Si ascendam contra phi-
listeos. et tradas eos in ma-
nus meas. Qui respondit. Non
ascendas in obuiam eorum. sed

gyra post tergum eorum. et
venies ad eos ex aduerso
pirorum. Et cum audieris sonitum
gradientis in cacumine piro-
rum. tunc inibis prelium contra phi-
listiim. quia tunc egredietur dominus
ante faciem tuam. ut percutiat
castra philistiim. Fecit itaque
dauid sicut preceperat ei dominus.
et percussit philistiim de gabaa
usque dum venias gezer.

Congregauit autem
rursum dauid omnes
electos israel. xxx.
milia. surrexitque et abiit.
et uniuersus populus qui erat
cum eo de viris iuda. ut ad-
ducerent archam dei. super quam
inuocatum est nomen domini ex-
ercituum in cherubim super eam.
Et inposuerunt archam domini
super plaustrum nouum. tuleruntque
eam de domo aminadab qui
erat in gabaa. Oza autem et
haio filii aminadab minabant
plaustrum nouum. Cumque tulissent
eam de domo aminadab. qui
erat in gabaa custodiens archam
dei. haio precedebat archam.
dauid autem et omnis israel lu-
debant coram domino in omnibus lig-
nis fabrefactis. et cytharis
et lyris. et tympanis et sis-
tris et cymbalis. Postquam autem
venerunt ad archam nachot
extendit manum oza ad ar-
cham dei et tenuit eam. quoniam
calcitrabant boues. et decli-
nauerunt eam. Iratusque est indig-
natione dominus contra ozam. et
percussit eum super temeritate.
Qui ibi mortuus est. contra
archam dei. Contristatus est